

**Vorbemerkung:**

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

**I. Übersetzung:**

(Der Dichter wendet sich an das *venerabile numen*  
des Sternbilds *Virgo*.)

Aurea pacati regeres cum saecula mundi,  
Iustitia inviolata malis, placidissima virgo,  
siue illa Astraeci genus es, quem fama parentem  
tradidit astrorum, seu vera intercidit aevo

5 ortus fama tui, mediis te laeta ferebas  
sublimis populis nec dedignata subire  
tecta hominum et puros sine crimine, diva, penatis,  
iura dabas cultuque novo rude vulgus in omnem  
formabas vitae sinceris artibus usum.

10 nondum vesanos rabies nudaverat ensis  
nec consanguineis fuerat discordia nota,  
ignotique maris cursus privataque tellus  
grata satis, neque per dubios avidissima ventos  
spes procul amotas fabricata nave petebat

15 divitias, fructusque dabat placata colono  
sponte sua tellus nec parvi terminus agri  
praestabat dominis signo tutissima rura.

At postquam argenti crevit deformior aetas,  
rarius invisit maculatas fraudibus urbis

20 seraque ab excelsis descendit montibus ore  
velato tristisque genas abscondita vitta,  
nulliusque larem, nullos adit illa penatis.  
tantum, cum trepidum vulgus coetusque notavit,  
inrepat 'o patrum suboles oblita priorum,

Fortsetzung nächste Seite!

- 25 degeneres semper semperque habitura minoris,  
quid me, cuius abit usus, per vota vocatis?  
quaerenda est sedes nobis nova, saecula vestra  
artibus indomitis tradam scelerique cruento'.  
haec effata super montis abit alite cursu,
- 30 attonitos linquens populos graviora paventis.  
Aerea sed postquam proles terris data, nec iam  
semina virtutis vitiis demersa resistunt  
ferrique invento mens est laetata metallo,  
polluit et taurus mensas assuetus aratro,
- 35 deseruit propere terras iustissima virgo  
et caeli sortita locum, qua proximus illi  
tardus in occasu sequitur sua plaustra Bootes.

## II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Bestimmen Sie die jeweilige semantische Funktion der als Verbalpräfix verwandten Präposition *de-* in den Versen 6, 18, 20, 25, 32 und 35!
2. Bestimmen Sie die Funktion des Imperfekts in den Versen 14-17!
3. Erläutern Sie mit Hilfe der Etymologie das Wort *penatis* in Vers 7!